Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



hinduite phetas baal et ne unus qui
fugiat ex eis quos cum comprehidis
sent dixit eos helias ad torrentem
cison et interfecit eos ibi et ait helias
ad achab ascende et comede et bibe qui
sonus imbre pluuie est ascendit a
chab ut comederet et biberet helias
autem ascendit in uertice carmeli et
prouus inclinauit faciem suam in se
nua sua et dixit ad puerum suum as
cende et prospice contra mare quam
ascendisset et contemplatus esset ait non
est quidquam et rursum ait illi reuer
tere septem uicibus In septima autem
uice ecce imbecula parua quasi uesti
gium hominis ascendebat de mari
qui ait descende et dic achab Junge
curruum tuum et descende ne occupet
te pluuia cumque se uertisset huc atque il
luc ecce celi contenebrati sunt et nubes
et uentus et facta est pluuia grandis
ascendens itaque achab abiit in iezra
el et manus domini facta est super he
liam accinctis quibus lumbis currebat
ante achab donec ueniret in iezrahel

XIX

Nunciauit autem achab iezabel omnia
que fecerat helias et quomodo
occidisset omnes prophetas gladio mi
sit ergo iezabel nuntium ad heliam
dicens hec michi faciant dii et hi ad
dant nisi hac hora cras posuero am
mam tuam sicut animam unius ex illis
timuit ergo helias et surgens abiit
quocumque ferebat eum uoluntas
venit quoque in bersabee iuda et dimisit
ibi puerum suum et profecit in deser
tum iniam unius diei cum que uenis
set et sederet subter iuniperum et pe
tiuit anime sue ut moreretur et ait
sufficit michi domine tolle animam
meam neque enim melior sum quam pres
tuei prouicii se in iniam obdormiuit que
in umbra iuniperi et ecce ansis dim
tetigit eum dixit que illi surge et comede
respexit et ecce ad capud suum subcine
rauit panis et uas aque comedit ergo
et bibit et rursum obdormiuit rursus
que est ansius domini secundo et tetigit eum
dixit que illi surge et comede grandis in
ibi restat iniam Qui cum surrexisset
comedit et bibit et ambulauit in forti
tudine cibi illius xl diebus et xl noctibus
usque ad montem dei oreb Cumque ne
misset illuc mansit in spelunca et ecce
sermo domini ad eum dixit que illi quid
hic agis helia At ille respondit zelo
zelatus sum pro domino deo exercituum quia
dereliquerunt pactum dimi filii isrl altaria
tua destruxerunt et prophetas tuos occidit
gladio et derelictus sum ego solus et quer
unt animam meam ut auferant eam et
ait ei egredere et sta in monte coram
domino et ecce dominus transit et spi
ritus grandis et fortis subuertens montes et
conterens petras ante dominum non in spi
ritu domini et post spiritum commotio non in
commotione dni et post commotionem ignis
non in igne dominus et post ignem si
bilus aure tenuis et ibi dominus quod
cum audisset helias operuit uultum suum
pallio et egressus stetit in hostio spelun
ce et ecce uox ad eum dicens quid hic
agis helia et ille respondit zelo zela
tus sum pro domino exercituum quia dere
liquerunt pactum tuum filii isrl altaria
tua destruxerunt et prophetas tuos occiderunt
gladio et derelictus sum ego solus et
querunt animam meam ut auferant
eam et ait dominus ad eum Vade et